momenta alia, haud obscurè arguere? Indeq; & nemo
facilè, niſi in Hiſtoria utriusq; Foederis peregrinus
ſit ac hoſpes, inficiabitur, illis ipſis, quæ in Jubilæo
V. T. contigiſſe in Hiſtoria S. memorantur, opera
ac beneficia optimi illius vitæ ducis, fideliſſi-
mi veritatis indagatoris, graviſſimiq; vitiorum
expulſoris, S. S. die Pentecoſtes effuſi clariſſi-
mè adumbrari, atq; ſic omnino jucundam, quod ad
ipſam numeri paritatem, utriusq; Feſti conve-
entiam argui. Eò magis verò utriusq;, & Jubilæi
Veteris & Pentecoſtes Novi Teſtamenti, conve-
nientia patebit: ſi ad interiora Comparationis
membra abhinc tranſeamus perſpectanda.

Arg. Comp. II. Debitorum nomina è preceptis DEI O. M.
quolibet Jubilæo expungi mos erat: ita ut, qui
ære alieno eſſent, immunes à debitorum omnium
ſolutione redderentur. Unde & annus hic quin-
quageſimus, Jubilæus nempe REMISSIO vo-
cabatur: quòd videlicet in eô debita remitte-
rentur omnia. Gemellum in modum miſſos in
mundum univerſum CHRISTI Apoſtolos
Feſto Pentecoſtes eſſe putabimus: ut ipſi fla-
mine ſacrò à deperditæ ſalutis noſtræ reſtau-
ratore unicô, ac Servatore noſtrô Optumô, JE-
SU CHRISTO inſtructi ornatiq; illius do-
nis redeuntibus ad frugem peccatoribus gratiam